Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

erat melchi sedech. Vtq; sicut legimus rex salé. Salé
ciuitas fuit antea illa que postea sicut docti pdiderunt.
ierusalem dicta est. Ergo ante quam ibi regnarent iudei.
ibi erat ille sacerdos melchi sedech. qui scribitur ingene
si sacerdos dei excelsi. Ipse occurrit abrahe quando
liberauit loth de manu persequentium & pstrauit
eos a quibus ille tenebatur. et liberauit fratrem. et post
liberationem fratris occurrit ei melchi sedech. Tantus
erat melchi sedech. a quo benediceretur abraham. Pro
tulit panem et uinum. et benedixit abraham. Vide
qui ei protulit. et quem benedixit. & dictum est pt
ei. Tues sacerdos in eternum secundu ordinem mel
chi sedech. Dauid hoc inspiu dixit longe post abrahā.
Temporibus aut abrahe fuit melchi sedech. De quo
ergo alio dicit. tues sacerdos in eternu secundum
ordinem melchi sedech. nisi de illo cuius nouimus sa
crificium. Sublatum enim est sacrificium aaron.
& cepit esse sacrificium secundu ordinem melchise
dech. Dominus itaq; noster ihesus xpc in corpore & sangui
ne suo uoluit esse salutem nostram. Vnde aut com
mendauit corpus & sanguinem suum. de humilitate
sua. Nisi enim esset humilis. nec manducaretur. nec
biberetur. Respice altitudine ipsius. In principio
erat uerbum. & uerbum erat apud deum. & deus
erat uerbum. Ecce cibus sempiternus. Sed manducant
illum angeli. manducant supne uirtutes. & man
ducant. & saginantur. et integrum manet quod
eos satiat. & letificat. Quis aut homo posset pertin
gere ad illum cibum. Vnde caro tam idoneum illi
cibo. Oportebat ergo ut mensa illa lactesceret. &
ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac.
Vnde cibus in lac conuertitur. nisi per carne transeat.

adtende qd'

2